

- Cynia, Cynocrāmbe, Brasfica Canina, Linorostis agria*, vid. Herb. Mercurial.  
 Germ. Ringel-Kraut / oder Hunds-Röhl.
- Cynnabar, Zingifur*, idem quod Cinnabaris. ♀. Germ. Zinnober.
- Cynocorus*, est Stercus canis. Germ. Weisser Hunds-Dreck.
- Cynoglossa*, Germ. Hunds-Zunge / vid. Rad. Cynoglossæ.
- Cynosbati seu Cynosbatos*, sunt Fruetus seu Capita rubra matura seminibus impleta, à Rosis domesticis seu sylvestribus relicta. Germ. Hagenbutten / Büttel-Hüsen / oder s. v. Arz-Rizeln.
- Cynomorphus, Sanguis Herculis, Sahafaran Arabum*, vid. Crocus.
- Cyperus Babylonicus*, vid. Rad. Galangæ minoris.
- Cyperus Indicus*, vid. Radices Curcumæ, Germ. Curcum-Wurzel.
- Cyperus longus & rotundus*, vid. Rad. Cyperi.
- Cyperus & Cypinus Romanus*, seu *Cypus longus*, vid. Rad. Cyperi.
- Cyperus odoratus peruvianus*, vid. Rad Contrayervæ, Germ. Gifft-Wurzel.
- Cyphi*, est Confectio quædam aromatica ad suffitum, quæ quondam Ægypti Sacerdotes usi, *Dioscorid. Lib. 1. cap. 24.* concinnabatur olim ex 16. rebus &c.
- Cypreus, hortulanus*, Germ. Cypressen-Kraut. Est Abrotatum foemina, seu Absinthium marinum, vel Cyparissus humilis, vid. Herbas.
- Cyprum Æs*, id est Cuprum. ♀ Germ. Rupffer/Scrib. Larg.
- Cyrenia, Cyrenia, Cyrenia & Crocomma*, id est, Fæx Olei & de Croco.
- Cyrenaicus*, est epitheton succi, Laserpitium veterum dicti.
- Cyrenia, Myacantha, Genitura Herculis, Hyeromyrtus, Palma marina*, vid. Rad. Brusci, Germ. Bruscken- oder Rusken-Wurzel.
- Cyriacus*, epitheton est Pastilli, ad Nomas & Putredines utilis.
- Cyrenia*, vide Cyrenia. *Mart. Rul. & Johnson.*
- Cyronia*, idem est ac Cydonia mala. Germ. Quitten.
- Cysteolithos*, idem quod Lapis Spongiæ, ab usu & virtute Calculum vesicæ frangendi ita dictus. *Schræd. Lib. 3. cap. 8. n. 9.*
- Cystica*, sunt Medicamenta adversus Vesicæ morbos.
- Cystis*, Vesicam significat. Vid. Lex. Brun.
- Cythion*, nomen est Collyrii. Vid. *Corn. Cels. Lib. 6. c. 6. Gorr.*
- Cytari, Calyculi, Cupule, & Putamina Glandium*, vid. *Glandium Calyculi.*
- Cyzicenus*, est epitheton Emplastri facientis ad ulcera chronica, & nervos præcisos apud *Galen. Lib. 4. de C. M. P. G. cap. 13.*

## D.

- D** Simpliciter à Medicis script. legendum est Da, vel Detur.
- D. & S.* ita à Medicis scriptum, legendum est Da & Signa, vel Detur & Signetur.
- Daaren*, i. e. Cubebæ, Germ. Cubeßen.
- Dab*, est quoddam Animal ut Lacerta magna. Ejus Stercus tollit lentigines, & confert albugini oculi.
- Dabat*, est Viscus. Germ. Leim.
- Dabesisis*, est Testudo, Germ. Schild-Kröte.
- Dablan*, est Species Palmarum, vid. *Plin. Lib. 13. cap. 4.*
- Dacanto*, i. e. Stercus bovinum.
- Dach*, est Saxis species. *Mart. Rul. & Johnson*
- Dacryon & Dacry*, idem est quod Lachryma. Germ. Thränen / ut *Lachryme-Cervine*. Dicitur etiam de succis Plantarum, ut *Opium*, & *Gummi*, ut *Mastix*.
- Dactileus & Dactyletus*, est Hermodactylus, Germ. Zeitlosen.
- Dactilitis*, est Aristolochia longa, Germ. Osterlucen / Koltwurz.
- Dactylus Indus*, i. e. Tamarindus. Germ. Tamarinden.
- Dactydeus*, est Lapis Lincis. Germ. Luchsen-Stein.

Dactyli

- Dattyli* *[acidi, indici, nigri,*] vid. Tamarindi, Germ. Tamarinden.
- Dattyli marini*, dicuntur Balani ostreacei, inter dura saxa in mari propè Anconam geniti. Aldrov.
- Dattylodacbe*, est Mensura quatuor digitorum transversorum, quā intervalla dimetitur.
- Dattylus sive Digitus*, est minima quæque Mensura, quibus terum intervalla dimetitur. Lex. Brun.
- Dattylus Idaeus*, vid. Lapis Judaicus. Germ. Juden Stein / oder Fingerstein.
- Dattylus, Palmulae, Caryotae, Nucleus palmae & Caryotides*, Germ. Dacteln oder Datteln. Est Fruētus Pálmae, oblongo-rotundus, dulcis, intus durissimum continens nucleum. Arbor procera est, viginti passuum & amplius, crescit in Judaea, Syria, Palestina, Africa, Ægypto, India, &c. Advehit ex Alexandria Ægypti. Folia ensibus similia habet, deorsum canarum modo decidentia, vere floret. Ramus enim quodam involucro oblongo, vesicæ modo, ad ver usque clauso & tunc aperto præditus, flores emittit parvos, albos, odorates, racematum deorsum ab involucro residentes ac pendentes. Autumnō fructus maturantur.
- Dadafilion*, i. e. Filius ante Patrem.
- Dadarus*, est Gummi Opopanax.
- Dafnidis*, id est Mucilago, Germ. Schleim.
- Dafnidis*, est quædam species Cassiae lignææ.
- Dafnochichi*, sunt Baccæ Lauri. Germ. Lorbeer.
- Dafrues*, est Medicamentum Metallicum.
- Dædalus*, vocatur Mercurius ♀. Germ. Quecksilber.
- Daga*, est Mordicatio facta à stercore.
- Dahamete*, i. e. Adamas, Germ. Diamant.
- Dajb, Deab, Dehebeb*, ist est Aurum ☽. Germ. Gold.
- Dalin*, nomen esse Insectorum è stercoribus oriundorum, incertum, patet ex *Paracelsi*. Lib. 1. Philos. ad Athen. cap. 20.
- Dama*, vid. Rupicapra, Germ. Gämse.
- Damassonium*, seu *Alisma & Mentha Saracenica*, Germ. Frauen-Balsam / oder Frauen-Münz. vid. Herbas.
- Danati & Daniti*, est Pondus sex granorum Hordei.
- Danic*, est Pondus sex Granorum, Germ. Ein Gewicht von 6. Gran.
- Danich*, est Lupinus, videatur Lupinus, Germ. Fehnbohnen.
- Dansir, Densir*, est Arena ⚡. Germ. Sand.
- Daphne Alexandrina, Laurus Alexandrina, Bonifacia, Uvularia, Lingua pagana*, Germ. Bäpplein-Kraut / vid. in Herbis Hippoglossum.
- Daphnoides*, vid. Cort. Mezerei, Germ. Sehdelbast-Rinden.
- Daram*, id est Gemma. Germ. Edelgestein.
- Darchem*, est Cinamomum selectum & purum.
- Darsium*, est Cinamomum, Germ. Zimmet.
- Dasyopodia, Cybelia, Quadragesima*, vid. Flor. Violarum, Germ. Viosen-Blumen.
- Dasyptus*, h. e. villosos pedes habens. Strictè Cuniculum seu Leporem significat. Germ. Ein Haß.
- Datura Indorum*, est Planta ex generibus Stramoniarum, & vim habet insigniter anodyno-narcoticam, vid. Bartholinus & Bertoletus.
- Daucus*, vid. Semen Dauci. Germ. Vogelnest-Saamen.
- Daveridon*, est Oleum Nardynum, Germ. Narden-Oeli.
- Daura* est Elleborus, Germ. Christ-Wurzel / alii Aurum foliatum intelligunt. Germ. Geschlagen Gold.
- Daurach*. id est Pondus, Germ. Gewicht.
- Daufis*, est Avena, Germ. Haber.
- Daximalios*, i. e. Urtica, Germ. Brennessel.

- Daximum*, est Rubia tinctorum, Germ. Färber-Röthe.
- Dealbatio*, sive *Leucosis*, pertinet ad artem Cosmeticam, quâ facies, dentes, cicatrices vel aliud quid dealbatur. Pertinet quoque ad spagyricam, ita dealbatio dicitur 3tium opus in regimine Lapidis Philosophici. Dealbanti quoque modos fucatos, quibus Metalla tingi possunt, tradidit *Paracelsus* in Manual.
- Deauratio*, dicitur, quando Pilulæ ob amaritiem evitandam aurō foliatō obducuntur. Item Tinctura fucata metallorum, monetarum &c. in colorem ♂ reum.
- Debalium*, est Polium, Germ. Polen.
- Debe*, i. e. *Aurum*, ♂ Germ. Gold.
- Deben*, est Oleum, quod fit de Been fructu.
- Debefis*, id est, Testudo. Germ. Muscheln.
- Decamylon*, est nomen malagmatis apud Oribasium, quod ex decem aromatum generibus paratur, vel unguentum Nardinum intelligitur.
- Decantatio*, est Liquoris materiæ supereminentis per inclinationem effusio. Germ. Abgussung.
- Decatorthoma*, dici potest Medicamentum compositum, quod ex decem simplicibus parari potest & componi solet, Keuchen ad Seren.
- Dechicescbene*, i. e. Farina hordei. Germ. Gersten-Mehl.
- Dechin*, dicitur omne Oleum præter illud olivarum.
- Decimar*, est plumbum naturæ ȝ vis. Germ. Blei in der Natur Zinns.
- Decodio* seu *Decodium*, vid. Apozema.
- Decodium* ♀ niale, ȝ. Ligni Lentiscini, visci quercinia aa. ȝvj. fol. beton. mj. rasuræ sassafras ȝj. ♂ nii crudi crasse ȝ sat. in petia ligat. ȝij coque in s. q. ▽ Fontanæ ad ȝij. fiat colatura. Dosis ȝvi. manè &c.
- Decompositum*, auget significationem compositi, estque illud, quod jam in compositione (ut dicunt) per corruptionem & generationem conveniet.
- Decorticatio* est, quando res, ut fructus, radices, semina &c. à suis corticibus liberantur, vid. Excorticatio, Germ. Scheling / oder Abscheling.
- Decrepitatio*, de Sale communi & similibus dicitur, quæ cum ad ▽ nem sine fusione calcinantur, strepitum seu crepitum edunt. Germ. Krachung.
- Decupelatio*, idem quod Decantatio. Germ. Abgussung.
- Decusis*, idem quod *denarius*, vel unicæ pars septima.
- Declaration*, i. e. Mentastrum.
- Declichisa*, est cortex indus stypticus.
- Deeb*, i. e. *Aurum*. ♂.
- Deen*, est Lignum Indum.
- Defectus*, significat absentiam vel parentiam alicujus rei, quæ usu æstimatur, Germ. Mangel.
- Defensivum*, Chirurgis vulgare nomen est. *Paracelsus* etiam ad interna transluit. per *defensiva* intelligens *Confortativa*, & que Symptomata graviora prohibent.
- Deslagrato*, est operatio chymica, quâ Medicamenta deslagrantur, hoc est, per ▽ nem subito purgantur, ut est Nitri cum ♀ re, ♀ nii cum ♂ tro, unde subito flamma exoritur. Germ. Brunst.
- Desfrutum*, est mustum ad dimidiis coctum, ut *Sapa* ad tertias, Germ. Ein gefrochter Saft.
- Degegi*, id est, gallina, *Mart. Rulandus*.
- Dego*, *Degoa*, est Lac, ex quo extractum est Butyrum.
- Dehen*, est quodvis Oleum, excepto oleo olivarum.
- Dehene*, *Dena*, *Dehin*, est Sanguis. Germ. Bluth.
- Debenes*, *Duenes*, est Atramentum. □.
- Debener*, *Duenec*, *Dubenec*, id est Romanum, vid. Vitriolum.
- Dehim* & *Dem*, est sanguis hominis, Germ. Menschen-Blut / Lexic. Johnſoni.
- Deje-

*Dejectoria*, vide *Catoretica*, Germ. *Unter sich purgiren.*

*Deisparia* dicuntur, quæ difficile corrumpuntur in Cibis. *Oribasius.*

*Deleterium*, est quodvis venenosum, ab esca, quæ animalibus exitus paratur.

*Deliquium* in aëre, est Liquatio concreti, quæ fit, in sinus ante se humiditate externa, & siccitatem resolvente, ut fluat. Ita resolutum quod est, liquor vocatur, & consistentiam habet vnam.

*Deliquium Chymicum*, est destillatio per inferiora, mediante  $\Delta ne$ : vel calcis in cellis humidis suspensæ deliquatio, & in humorem lixiviosum resolutio.

*Deliquium*, est Descensio frigida, quando Corpora coagulata cellæ, aëri, puto, aut alii frigido & humido loco super Marmore, tabula vitrea, vel in manica Hippocratis (ut vocant) exposita, externæ humiditatis hisce corporibus sese adjungentis adjuvamine, in liquorem resolvuntur, & in subiectum vas defluunt & destillant. Resolvuntur autem in frigido potissimum pulveres calcinati, salia & ejusmodi alia Corpora salium naturam redolentia. Sed omnia, quæ in frigido resolvuntur, in calido rursus coagulantur.

*Deliquium embapticum*, est, cum res in humorem demersa eo usque detinetur, donec delicuerit. Hoc fit dupliciter, nam res aut vasculo contenta immersitur, aut ipsa humoris substantia non accedat, vel saltem tenuissimus sudor permeet, veluti cum in Vase cereo, vel vesica bubula imponitur, & cum delicuit, extrahitur; quæ res si humor est calidus (quod fit plerumque) simulacrum balnei est: aut in ipsum humorem sinitur difundi, seu nudè seu linteal petia interveniente, qua simul segregantur fæces, seu sordes &c. Videantur *Mart. Rul.* & *Johnson. Lexicon.*

*Deliquium vaporosum*, est, cum res in subtilem grem redacta aëri vido exponitur, & humescendo in Liquorem solvitur &c.

*Delitron, Delitiron*, est venenum pharmacum.

*Delon*, est Fructus Melonis, Germ. *Melonen.*

*Delphax*, idem quod *Scropha* sive *Sus femina*.

*Delphinus*, nomen piscis est ex Cetaceorum genere, *Gal. Lib. 3.* ob nimiam pinguedinem lardo porcorum non cedentem, *Porcus marinus* dict. &c.

*Delphus*, item *Edelphus*, terminus Paracelsicus, quod denotatur separatio aliqua de Mineralibus, v. gr. d. o-o co.

*Dem & Debim*, est sanguis hominis, Germ. *Menschen-Bluth.*

*Demadesco*, est probè madefio.

*Demalchoera, Demelandrium*, i. e. sanguis Draconis, Germ. *Drachen-Blut.*

*Demerfio* sive *Immersio*, est, quando Chymici Metallum aliquod liquori solventi submergunt, Germ. *Unterdunkung.*

*Demeft*, est Arbor Lauri, vid. *Avicenn.*

*Denarius*, est Unciae pars septima. Uncia enim continet septem Denarios, aliquando etiam pro Drachma sumitur, vid. *Aureus.*

*Denarolibanum, Herba salutaris* sive *Ideritis Apulei*, vid. *Rorismarinus*, Germ. *Kosmarin.*

*Denequat*, i. e. Borax, Germ. *Borax. IV.*

*Denodatio*, i. e. Dissolutio.

*Denoquar*, est Borax *IV.* Germ. *Boras oder Borrás.*

*Dens Apri* seu *Suis feri*, Germ. *Wilder Schweins-Zahn.* vid. *Dentes Apri.*

*Dens*, denotat partes ossæ in utraque maxilla occurrentes certis alveolis, quæ pothria dicuntur, infixas, quæ radices vocantur, & partim supra gingivas extantes, vid. *Lex. Brun.*

*Dens caballinus*, vid. *Hyosciamus*, seu *Sem. Hyosciami.*

*Dens caninus*, vid. *Herb. seu Rad. Taraxaci*, Germ. *Pfaffen-Röhrlein Wurzel.*

*Dens equi marini* seu *Hippopotami*, Germ. *Meer-Pferds-Zahn.* Vid. *Hippopotamus.*

*Dens Leonis*, vid. *Herb. seu Rad. Taraxaci.*

*Dentales, Antali*, sunt Offa satis alba, sicut canini dentes, sed longiores & intus perforati & inanes. Oriuntur in cavernis lapidum existentium in profundo maris. Frigida sunt, & virtutem habent absterasiam.

*Dentalis lapis*, dicitur materia illa tartare a velophacea, quae ex vitriosis portionibus coagulatis adhaeret dentibus, & in Lapideam ferè duritatem consolidatur. *Helmontius*.

*Dentalium, Dentale*, Germ. Zahn-Muscheln. Est species Conchilii, vel Conchula parva oblonga exterius asperula, intus laevissima.

*Dentalium & Dentale*, quoque Conchula marina est parva, alba, glabra, dentatam rimam habens, hiac *Dentale, Dentalium*, Germ. Zahn-Schnecken-Stein. Inveniuntur ad maris Ripas.

*Dentaria Apuleij, Uva serpentina*, vid. Rad. Bryoniae, Germ. Zaun-Rüben.

*Dentaria major & minor*, vid. Radices Dentariae.

*Dentaria radix*, vid. Rad. Pyrethri, Germ. Bertram-Wurzel.

*Dentarius*, nomen est Medicorum vel Chyrurgi, qui ex professio arte dentes elevandi & curandi exercet. Gal.

*Dentes apri*, Germ. Blinde Schweins-Zähn, ad Pleuritidem adhibentur. Sunt dentes animalis satis noti.

*Dentes equi marini seu Hippopotami*, Germ. Seepferds-Zähn.

*Denticaria*, est Plumbago, propter vim nimirum succurrendi dentibus dolentibus, ita nominata. vid. Panarollus, Strobelberg. & Taberna montanus.

*Dentifricium*, est Medicamentum ad dealbandos, extergendos & stabiiliendos dentes, gingivisque roborandis paratum. Germ. Zahn-Pulver.

*Dentrificum infantum*. Rx. Butyri rec. ʒj. cerebri leporini ʒj. anaphromel. ʒvj. corrall. rubr. ppt. ʒj. Misce.

*Dentrites, Lithodendron, Gorgonia, Curallium, Corallium, Corallum* vid. Corallium.

*Deoh*, dicitur Aurum ☽. Germ. Gold. Limatura ejus confert Cardiacæ Melancholicæ, & debilitati Cordis.

*Deobstruentia sive Deoppilantia*, sunt Medicamenta, quae obstructiones aperiunt.

*Deoppilantia, Deoppilativa*, etiam dicuntur Medicamenta Aperientia, Deobstruentia. *Helmontius*.

*Dephlegmatio*, est Operatio, qua reiterata destillatione, △ superflua à -bus, vel puriori parte separatur. Germ. Säuberung von den wässerichen.

*Depilatorium*, dicitur Medicamentum, quod Pilos corrumpt, estque triplicis generis: vid. Lexie. Brun.

*Deps*, est Pulegium agreste, Germ. Feld-Polen.

*Depsis*, i. e. Declinatio morbi.

*Depuratio*, est rei alicujus puri ab impura separatio, ut est despumatio, clarificatio &c. Germ. Säuberung.

*Depuratio, Mundatio*, sumitur à Chymicis pro exaltatione alicujus rei, vid. Theatr. Chym. Vol. II.

*Derasium*, i. e. Caryophyllata. Germ. Karoffel Wurz.

*Deris*, idem quod Cutis, Corium, Aluta, Germ. Haut oder Leder.

*Derma*, hoc est Cutis, Corium, Aluta, Germ. Haut oder Leder.

*Derobub*, est Milium Solis.

*Derolifar*, i. e. Mentastrum.

*Derquet* est Vernix. Germ. Farnix.

*Derses*, est occultus Terræ fumus seu vapor, ex quo nascitur omni lignum & crescit: hoc est succus arborum nutritius. Mart. Rul.

*Derunagati*, est Esula, Germ. Wolfs-Milch/Zeuffels-Milch.

*Descensio*, chymicè accipitur pro Destillatione per descensum, estque calida vel frigida.

*Descensio calida*, (vulgo Destillatio per descensum) est liquoris è corporibus dissoluti inverso vase Destillatio.

*Descensio frigida*, est quando liquor dissolutus in frigido descendit, estque deliquum vel Philtratio.

Descenso-

*Descensorium*, est Fornax vel Furnus Chymicis familiaris, destillationibus per descensum inserviens.

*Descensum* seu per *descensum distillare*, vid. Deliquum.

*Desful*, i. e. Fungus. Germ. Erd-Schwamm.

*Desiccatio*, est superflui Humoris vel Humiditatis per calorem, Evaporatio.

Germ. Aufstreckung.

*Desmidion*, significat *Fasciculum* seu *Vinculum*, sumitur quoque pro *Manipulo*, ut est apud *Scribon*.

*Despumatio*, est alicujus rei, ut Syrupi, Mellis &c. Spumæ detractio. Germ. Abschäumung.

*Destillatio*, est partium humidarum vel gassarum, in halitus fumosve vi  $\nabla$ nis extenuatarum atque elevatarum, extractio; Destillatio fit per *Cucurbitam*, *Deliquum*, *Descensum*, *Phlrum*, *Retortam*, *Vesicam* &c. eaque in  $\Delta$ na, MB. fimo, reverberio, Ole, vaporibus &c. peragitur. German.

Destillirung / Abtropfung. Sign. a, 4,  $\text{A}.$ ,  $\text{D}$ ,  $\text{E}$ ,  $\text{G}$ ,  $\text{H}$ ,  $\text{I}$ ,  $\text{K}$ ,  $\text{L}$ ,  $\text{M}$ ,  $\text{N}$ ,  $\text{P}$ ,  $\text{Q}$ ,  $\text{R}$ ,  $\text{S}$ ,  $\text{T}$ ,  $\text{U}$ ,  $\text{V}$ ,  $\text{W}$ ,  $\text{X}$ ,  $\text{Y}$ ,  $\text{Z}$ .

*Destillatio Chymica* seu *Spagyrica*, in specie circà negotium Lapidis Philosophici. Quæratur in *Theatr. Chym.* Indicibus Vol. 111, pag. 411. 441. 451. &c.

*Destillatio per Ascensum*, est & fit per *Cucurbitam* figurinam, stanneam vel vitream, imposito alembico, item per vesicam.

*Destillatio per Descensum*, est & instituitur per  $\text{O}$  am, præposito recipiente magno. Fit etiam per deliquum, vide supra.

*Destillatio per Inclinationem*, est quæ fit vase continente materiam in latus inclinato, rostrō deorsum vergente. Illud Vas cum plerumque sit Retorta, etiam *Destillatio per Otam* opus nominatur.

*Destruatio*, Chymicis dicitur Dissolutio vel Deperditio pristinæ & nativæ suæ formæ vel Consistentiæ, & Mutatio in alienam, vid. *Paracels.* & *Th. Ghym.*

*Detei*, *Dethei*, *Dethui*, *Detui*, est Granum simile Hordeo, longius & strictius, magis solidum & amarum. In India invenitur. *Plin.*

*Detergens*, idem est quod *Abstergens*, vid. *Abluentia*.

*Detergentia*, vid. *Abstergentia*, Germ. *Abstrechende Mittel*.

*Detorsorius*, idem quod *Abstorsorius*.

*Detonatio*, est terminus Chymicus, quod indicatur Operatio deflagrationis & calcinationis per  $\text{O}$  in præparationibus  $\delta$  nialibus, de quibus vid. *Rolf. Schröderum*, & alios. Germ. *Verbuffung*.

*Detritio* est Tritura. Germ. *Kleinstossung*.

*Deunx*, sunt Unciae undecim,  $\text{zxi}$ . Libra medica sive Romana, continet Uncias duodecim  $\text{zxiij}$ . ideoque Deunx est quasi decesset Uncia. *Lex. Blanc.*

*DEUS*, neque hujus mentio omittenda in Medicina, cum ille sit Author principalissimus omnium Bonorum & ita quoque Artis Medicæ, causa primaria Sanitatis & Operationum Medicarum salutarium. Homo homini DEUS, & ita Magistratus & Medici quoque Dii. Medicamenta quoque Manus DEI dicuntur &c.

*Devsen*, est Herba, cuius folia sunt similia foliis Tritici, sed sunt leviora. Fruetus ejus habet Velamina duo aut tria, similia Pilis. Succus conservatus est calidus in primo, & siccus in secundo Gradu.

*Devteria*, *Devterias*, *Deuterinar*. Accipiuntur hæc vocabula pro Vino secundario, viliori, *Lora* alias dicto, parato ex  $\nabla$  vinaceis affuso illa maceante. *Lex. Brun.*

*Dextans*, est nomen Ponderis, pendens Uncias decem  $\text{zxi}$ . Germ. *Zehn Unzen* / oder 20. Loth. Tota Libra medicinalis est vel sunt Unciae duodecim  $\text{zxiij}$ .

*Dextra Manus Medici*, est Pharmacopœus. (oder 24. Loth.)

*Dezifar*, i. e. Abrotanum. Germ. *Stab-Wurz*.

*Dheeb*, i. e. Aurum.  $\odot$ . Germ. Gold.

*Dhnebacbil*, i. e. Cauda equina.

*Dia* 1

- Dia*, est Præpositio, quæ sœpè additur præparationibus medicamentosis, ut  
*Diaprunum*, hoc est, compositio ex prunis, sic dicitur *Diasenna*, *Diajreos*,  
*Diapbœnicum* &c.
- Diabisafa*, est Semen Rutæ agrestis, Germ. *Rauthen*: *Saamen*.
- Diabifara*, est Confectio Diahirundinis, à Bifara, quam recipit, vid. *Ori-*  
*basins*.
- Diabotanum*, dicitur Emplastrum ex herbis confeatum, cuius descriptionem  
 vide in *Galen*. Libr. 6.
- Diabrosis*, *Anabrosis*, est Erosio à re acri & mordaci facta.
- Diacadmias*, est nomen Emplastri à Cadmia seu basi ita dicti, apud *Scribon*.  
 Larg. comp. 242. cui simile legitur apud *Gal*.
- Diacarcinon*, est nomen Antidotii ex cancris, adversus morbum Canis rabidi.  
*Gal*. Lib. II. &c.
- Diacaryon*, id est Rob Nucum, Germ. *Nuß*: *Schelffen*: *Safft*.
- Diacatholicum*, dicitur quasi Universale.
- Diace/tateffon* Paracelsi, est ♂ tum vivum vulgi, coagulatum in Altehest &  
 tinctum cum △ ovorum, fitque arcum Corallinum, de essentia & con-  
 ditione aureitatis, quia est etiam horizontale. *van Helmont*.
- Diacheirismos*, est Tractatio manuaria, quæ manibus perficitur. Dicitur de  
 Medicamentorum præparatione apud *Hippoe*. Lib. 2.
- Diachrysu*, nomen Emplastri ad fracturas, Aureum dicendum apud *Gal*. &c.
- Diacylon*, Emplastrum dicitur ex mucilaginibus sive succis compositum,  
 emolliens, concoquens.
- Diachytos*, est nomen Vini, quod paratur uvis in ole siccatis, loco clauso  
 per dies septem in cratibus totidem pedes à terra alte, noctibus à rore  
 defensis, octavo die calcatis. Ita fieri optimi odoris faporisque vinum,  
 testantur ex *Plinio*, Lib. 14. cap. 9.
- Diacilon*, est Succus Fœnugræci.
- Diaciminum*, est Electuarium de Cimino.
- Diaclyma*, significat specialiter Collutionem oris per liquores, qui in ore deti-  
 nentur, iterumque expiuntur; & sub se comprehendit Gargarismum &  
 Apophlegmatisum, *Schræd*. Lib. 2. cap. 61.
- Diacochlacon*, est nomen Laetis, in quo silices igniti prius sunt extinti.
- Diacodion* seu *Diacodyon*, est Confectio ex capitibus papaveris parata, cuius  
 varias formulas veterum tradidit *Galen*. Lib. 7. de C. M. S. L. cap. 2.
- Diatodion montanum*, est Syr. de siliquis, Germ. *Johannis Brod*: *Safft*.
- Diacodion simplex*, est Syr. papaveris albi, Germ. *Weisser Mag*: *Saamen*:  
*Safft*.
- Diacodion solidum*, seu in solido usitatum, est Confectio in Rotulis ex Emulsi-  
 sem. papav. albi & s. q. sacchari albi.
- Diacomidion*, est Gummi Arabicum.
- Diacones*, est nomen Emplastri ex cote parati, *Galen*. Lib. 6.
- Diacopragia*, est Medicamentum ex fimo vel stercore Caprino, adversus  
 splenes & parotides paratum, *Lex. Blanc*.
- Diacorum*, est Confectio ex Acoro sive calamo aromatico à Mesue excogita-  
 ta, cuius descriptionem & commendationem *Zwölfferianam* vid. in Disp.  
 August. Clasf. 14.
- Diacrisis*, denotat Chymicam solutionem.
- Diacrocus*, est nomen Collyrii siccii, quod Crocum recipit, apud *P. Aeginet*.  
 Lib. 7. cap. 16.
- Diacydonium* seu *Diacydonites* & *Diacithoniton*, Germ. *Rüttken*: oder *Quitten-*  
*Lattvergent* / est Confectio stomachica, ex succo malorum Cydoniorum  
 vel Cotoneorum parata. Vid. Dispensat.
- Diacrydium* seu *Diagrydium*, est Scammonea præparata.
- Diadaphnidon*, nomen est Emplastri, ad extrahendum, & pus movendum, à  
 baccis

- baccis Lauri ingredientibus sic dicti, ejus Descriptionem vide apud Cels.  
Lib. 5. cap. 19. Germ. Ein Zugpflaster.
- Dadopniodon*, est Epithema ex Lauro viridi.
- Diadiptatum*, Emplastrum est à Diptamo.
- Diaeretica* sunt Medicamenta Corrodentia & Exedentia.
- Diaeledri*, sunt Trochisci de Karabe, nam Electrum est Karabe.
- Diaglaucia* seu *Diaglaucium*, est nomen Collyrii ad incipientes Lippitudines & Ophthalmias laudati à Scribon.
- Diagrydium* est Scammonium præparatum.
- Diagrydium* ♂ niatum, est Pulvis Comitis à Warwich, seu Cornachinus.
- Diagrydium rosatum*, præparatur per infusionem Succi Rosarum.
- Diagrydium* ♀ ratum, præparatur per fumum Sulphuris, & nominatur *Cb-*
- Diabimabad*, est Cataplasma. Germ. Ein Umschlag. (*lagorum simplex*).
- Dialoës*, dicitur de Medicamentis Aloën basin habentibus. Ita Hiera Officin. Picra vocatur &c.
- Dialon*, i. e. de Sale, undē Emplastrum seu Cerotum Dialon dictum à Sale quod recipit. *Oribasius*.
- Diamarenatum*, dicitur Confectio ex Cerasis acidis, in pulpam redactis & per Cibrum traejectis. Cum Saccharo ut & Aromatibus parata, unde dividitur in Diamarenatum simplex & compositum, apud Schröd. Lib. 4. Germ. Amarellen- oder Wein-Kirschen-Lattivergen.
- Diamas*, est Adamas, Germ. Diamanth.
- Diamascien*, *Diamassien*, id est Flos Æris.
- Diamastema*, est Masticatorium.
- Diamoncos*, i. e. Saxifragia. Germ. Stein-Bruch.
- Diamoron*, est nomen Medicamenti in Officinis notissimi, sive Rob ex Moris parati. Videantur Dispensatoria.
- Diana*, Chymicis ænigmaticè dicitur ♂ tum Philosophorum, ♀ na alba, △ Virgo. Libav. Alcym. Pharm. cap. 31. &c.
- Dianucum*, est Rob ex succo Nucum paratum, Germ. Nuss-Schelffen-Safft.
- Diapasma*, Plinio, Medicamentum aridum ex siccis Pulveribus conflatum inspersile, quod aut vestibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique variā ratione, aut potui etiam ad luxum inspergitur.
- Diapencia* & *Diapensa*, vide Alchimilla & Sanicula.
- Diaphœnicon* seu *Diaphœnicum*, dicitur Medicamentum ex Palmulis seu Daœtylis confectum, vel Emplastrum calidum & frigidum stomachicum, Mesue in Dispensatorio August. &c.
- Diapb.* ita à Medicis præscriptum, legendum est Diaphoreticum.
- Diaphorare*, est Resolvere & Consumere, inde Diaphoretica, i. e. Resolutiva & Consumptiva; inde Diaphoresis quæ est Resolutio, aut sudoris Provocatio, quæ fit pororum apertione.
- Diaphoreticum*, est Medicamentum Sudoris expulsivum.
- Diaphoreticum* 24 le. præparatur ex butyro 24 li, beneficiō △ Pluvialis, ♂ tus ♂ edulcoratur & exsiccatur, quidam putant Antibeticum Poterii. △.
- Diaphoreticum* 24 le, præparatur ex ♂ nii optimi & ♀ lati & ♂ tis. aa, optimè mixta donec cessat fumus calcinentur, mixturæ ♂ satæ addatur 3. plum 10 tri optimi & procedatur ut in præparatione ♂ nii Diaphoretici & hoc est Cachecticum Ludovici, Sig. ♂, ♂.
- Diaphriges* & *Diaphryges*, tria sunt Genera seu Species secundum Dioscorid. Lib. 5. cap. 69. 1. est Genus scilicet nativum metallicum, quod in Cypro dignitur & extrahitur solum lutosum &c. Vid. *Diosc.* & *Mart. Rul.*
- Diaphrygis*, prima species factitia, est Fæx Æris perfecti subsidens, & fit simul cum flore Æris, obfusione frigidæ △ & sublato ære, fornacum in ima parte cohærens invenitur, habens astrictionem & gustum Æris. Alterum factitium genus est simpliciter, quando Pyrites ut Calx concrematur in Camino, donec rubescat, ut rubrica.
- Diapbros*, id est, quod spumat. Germ. Etwas das schaumt.

N

Diapla-

- Diaplasma*, vocantur odoriferæ Confectiones, quæ ex siccis odoribus compomuntur. *Plin. Lib. 13. cap. 1.*
- Diaprunic*, seu *Diaprunicum*, est nomen Confectionis ex prunis, vel Electuarii, & quidem vel simplicis alterantis, vel compositi laxantis & solutivi. vid. *Disp.*
- Diapycema*, *Diapycesis*, *Diapyon*, Suppuratum & Suppurationem significat, unde & Medicamenta Suppurantia vocantur, suntque moderate calida & humida, alias Maturantia dicta. *Gorr. pag. 106.*
- Diapyceta*, sunt Medicamenta pus maturantia. *Lex. Bl.*
- Diaronia*, i. e. Electuarium de Aromatibus.
- Diaromaticum essentiale* est Ambra moschata in forma sicca. Germ. *Haupt stärkendes Umbra Pulver.*
- Diarodomel*, fit de Melle & Rosis.
- Diarrhodon*, est Medicamentum ex Rosis factum & dictum, vel externum vel internum. Inter notissima Confecta vel Species, sunt Species *Diarrhodon Abbatis*, &c.
- Diasatyrion*, est Confectio Venerem excitans. vid. *Dispens.*
- Diascinci* vel *Diascincu* est nomen Antidotii Mithridatii, Eupatoris, à basi Scincitâ dieti, quâ usus esse Rex adversus venena legitur apud *Gal. 1. 2. de Ant.*
- Diasmyrnon* vel *Diasmyrnes*, est nomen Collyriorum, quæ multum Myrrhæ recipiunt. *Gal. Lib. 9.*
- Diaspermaton*, est nomen Medicamenti topici vel Malagmatis itâ dieti, quod semina recipiat, præsertim Fœnum græcum. *Gal. Lib. 7.* meminit tamen idem alterius interni, uti videtur, remedii *Diaspermaton* dicti, quod vim narcoticam obtinuit, quamvis Descriptionem non addiderit. *L. 5. M. Med. cap. 13.*
- Diaspoliticon Galeni*, ex Cumino & Nitro, egregium est in malo Hypochondriaco. Vid. *Etmüllerus.*
- Diatecolithu*, nomen est Medicamenti vel Antidotii, itâ dieti à Lapide judaico, qui ingreditur, apud *Æginet. Lib. 7. c. 11.*
- Diateffa delton*, dicitur ξετός à *Mart. Rul. & Johns.* vid. *Diaceftateffa.*
- Diateffaron* seu *Diateffarum*, est Medicamentum ex quatuor Ingredientibus compositum, nempe ex Aristolochia, Baccis lauri, Gentiana & Myrrha, quæ Melle excipiuntur. Sed nomen nimis vile, pro tam egregio Medicamento. Externum est Emplastrum, quod videre est apud *Gal. 1. lib. 5.*
- Diatettigon*, id est Medicamentum ex Cicadis, epitheton Antidotii nephriticæ, apud *Æginet. Lib. 7. cap. 11.*
- Diatrion pipereon*, est nomen Specierum, vel Confectionis Stomachicæ, quæ recipit tria Piperis genera, album, longum & nigrum. *Gal. Lib. 4. & Dispensatoria.*
- Diatron*, *Diateon*, *Diasron*, est Ulcus vetustum. Germ. Ein alter Schaden.
